UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Index Baldi Pervsini. I. V. D. In prælectiones in totum Codicem Iustinianeum locupletißimus

... In Qvartvm Et Qvintvm Codicis Libr. Praelectiones / Additionibvs Philippi Decii ...

Baldus

Lugduni, M.D.LXI.

Quod cùm eo qui in aliena potestas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-95990

Visual Library

ficiat hoc ſolum probare, vt preponens teneaẗ ex mutuo? Rñ. nõ ſed in
mutuo tria concurrere opꝫ. ſ. ꝙ mutuum tendat ad cauſam prepoſitiõis.
Itẽ ꝙ in eam cauſa ſcienter contrahitur. Itẽ ꝙ opportuno loco ꝛ tem-
pore nam regule que traduntur in exercitoria, ꝛ in inſtitoria locum hñt
q2 eadem eſt ratio ſm gl. alleg. l. j. §. non autem. ꝛ. l. vi. ff. de exer. vbi con
ſidera ꝙ inſtitor dicitur ab actu inſiſtendi alicui negotiationi. mutuum
autem accipere quantum eſt per ſe, non eſt negotiari: q2 non eſt ad acqui
rendum, ſed cõiunctum cum alio actu poteſt appellari negotiatio. ꝛ tũc
merito inducit inſtitoriam. vt illud qḋ non facit ſimplex materia mutui:
faciat materia coniuncta cum alia. ſi igitur mutuum ſtat in ſuis finibus
non pertinet ad inſtitoriam, vbi quis non eſt expreſſe prepoſitus ad reci-
piendum mutuum: ſed ſepe illud qḋ non venit ex forma, venit ex conſe-
quentibus formam, ſi mutuum ordinatur ad rem mandatam naturali-
ter, ꝛ vere: tũc parit inſtitoriam. ſi vero nõ ordinaẗ ad id ꝑpter aliqua ac-
cidentia, que non cõſonãt ordini: tunc ſecus: vt. d. l. vlti. ꝛ no. ꝛ põdera be
ne illud qḋ dicitur de ſcientia: q2 ſcientia obligat, vbi ignorantia non o-
bligat, ꝛ requiritur ſcientia mandati. ꝛ quod circa rem mandatam.

¶ Lex ſecunda.

Ex contractibus. ¶ Ex contractibus ſer-
ui dns de peculio dum-
taxat teneẗ: niſi alia rõ augeat obligationẽ. vt prepoſitio vel
verſio in rẽ domini. h. d. ¶ Et no. qḋ iſte cauſe ſunt ordinate
ad augendum: ꝛ ideo non minuunt, ꝛ vna intentata, ſupereſt alia: vt. ff.
de inſti. l. habebat. ꝛ. l. queſitum. ff. quando act. de pecu. eſt auna.

¶ Lex tertia.

Inſtitoria. ¶ Ex depoſito facto penes inſtitorez
obligatur dominus. ꝛ intellige quãdo
tale depoſitum poteſt parere aliquod cõmodum, vt in his que
deponuntur ſi fiat cambium ſecundum glo. ex quo no. quod
a cambia que quotidie fiunt ſunt licita[a]. Bal.

¶ Lex quarta.

Et ſi a muliere. ¶ Etiam mulieres tenentur
inſtitoria ꝛ exercitoria. h. d.
¶ Not. quod in cõtractibus principalibus mulieres equipa-
rentur viris.

¶ Lex quinta.

Si mutuam. ¶ Ex contractu prepoſiti ad mutu
um accipiendum, obligatur prepo-
1 nens ad exemplũ inſtitorie. h. d. ¶ † Quero. nũquid ex omni
cõtractu procura. ad hoc mandatum habentis obligeẗ dñs. ꝛ
dic ꝙ ſic vtili ac. ſicut obligatur ex cõtractu inſtitoris. tex. eſt hic glo. eſt
in. l. ſi pupilli. §. j. ff. de neg. ge. nec tñ eſt hoc mirum in. l. noſtra. q2 hic cõ
tractus mutui contrahebatur re, ꝛ dñium acquirebaẗ mandãti. vt. ff. de
b nego. geſt. l. ſi ego. ſimiliter ex cõtractu procu.[b] facto mandato dñi, credo
ipſum dñm agere poſſe in omni caſu, in quo ex cõtractu inſtitoris agere
poſſet. ꝙ eſt vbicunq₃ aliter res dño ſalua eſſe nõ poſſet: vt. ff. de inſtit. l.
j. in fi. ꝛ. l. ij. ꝛ. ff. de ac. emp. l. Jul. §. ſi procu. ꝛ ita ibi no. ſm Nic. de ma. ꝛ
2 adde qḋ no. in. l. dãni. §. fin. ff. de damno infect. ¶ † Itẽ adde, ꝙ per re-
latiõnẽ interdũ daẗ petitio, que alias non cõcederetur. vt. ff. de act. emp.
b l. in venditione. ꝛ ideo vbicũq₃ ex cõtractu proc.[b] dñs ad iudiciũ vocaẗ,
ꝑt ex eodẽ ↄ̈ctu verſa vice petere, ſine aliqua ceſſiõe: q2 alias nõ eſſet ſibi
ſaluum ſuum intereſſe, ꝛ propter naturam relationis, quod tene menti.

¶ Lex ſexta.

Qui ſecutus. ¶ Ille qui ſequitur voluntatẽ ali-
cuius, perinde eſt ac ſi ſequereẗ mã
datum eius. h. d. Et Adde quod leg. ꝛ no. ff. ſolu. matri. l. poſt
dotem.

¶ Quod cum eo qui in aliena pote.   Rub.

¶ Supra dictum eſt de actionibus inſolidum perſecutoꝛ9s: hic vero lo
quitur de actionibus limitatis. Bal.

1 ☞ Officia ſemiplena per ſe decreta, ꝛ ſemiplena venientia in conſequẽ
tiam publicorum, qualiter differant.
2 Filiuſfamilias quando eſt tutor teſtamentarius, pater conſentiendo in-
telligitur fideiubere.

¶ Lex prima.

Cum filiuſfa. ¶ Ex officio tutele vel cure geſte
per filium, pater non obligatur: ni-
ſi peculiotenus, ꝛ de in rem verſo: niſi huiuſmodi tutela ex de
curionatu in quo pater conſenſerit, officium ſumpſit: nam tũc
1 teneturinſolidum. h. d. ¶ † Not. differentiam inter officia ſemiplena per
ſe decreta, ꝛ ſemiplena venientia in cõſequentiam publicorum: quia qua
le eſt antecedens, tale reputaẗ ꝛ conſequens. ꝛ circa hãc. l. diſtingue qua
2 tuor caſus no. vt habes in gl. ¶ † Unũ tamen ſcias, quod quando filius
eſt tutor teſtamentarius, pater conſentiẽdo intelligitur fideiubere. ꝛ eſt
ratio: quia non intelligitur fieri, quod de iure non debet fieri: vt. ff. de ad
mini. tuto. l. Lucius Titius Saium Seium. Itẽ ſi ſit datus ex plena in
quiſitione, ꝛ nõ perfunctoria, eo caſu quo ſatiſda
ri non debet. ꝙ dic: vt inſti. de excu. tut. §. nõ eſſe a
autẽ. ꝛ adde ꝙ quidã ſunt actus, in quibus pater
cogitur conſentire, ꝛ ſe obligare. ꝛ tunc cõſenſus
obli. inducit ex natura neceſſitatis: vt. ff. ſol. ma.
l. ſi cũ dotẽ. §. tranſgrediamur. ff. de excu. tuto. l.
ſi quis inter tres tutelas. §. Imperator. ꝛ. l. ij. ff.
admini. ꝛ. l. j. de decu. lib. x. quidã ſunt actus,
in quibus pater cogitur cõſentire, non tamen ſe
obligare: ꝛ tunc conſenſus non trahitur ad obli-
gationem, ad quam non debet trahi. vt. j. de bo.
que lib. l. cum non ſolum. §. neceſſitate. eſt gl. no.
ff. ꝙ iuſſu. l. j. §. ſi ratũ. quandoq₃ pater non tene-
tur, conſentire, nec ſe obligare: ꝛ tunc lꝫ conſenti-
at, non eſt vltra procedendum ad obligationem,
que non apparet, nec apparere debet tex. eſt not.
in. d. l. Lucius Titius Saium ſeium. que verba
tene menti. ꝛ adde ꝙ no. Azo. in ſum. huius ti-
tu. vbi dicit ꝙ dict. l. ſi quis inter. §. Imperator.
ff. de excu. tuto. eſt extrauagans: ꝛ ideo non eſt ſer
uanda ſm Azo, ſed Dy. aliter dicit in. d. §. tranſ
grediamur ꝛ meli9 ꝛ ille caſus eſt ſpecialis. ꝛ no.
qñ filius in neceſſario munere non inuenit fide-
iuſſorem dari debitum. ꝛ concor. ff. de ſuſpec. tu. l.
ſi. ꝛ ꝑ dictũ. §. pꝛꝫ Quod excuſaẗ a tutela ille qui
non inuenit ſideiuſſorem. qḋ eſt not. ¶ Et ſcias
c ꝙ vbi pater obligatur,[c] magis accedit fideiuſſo
ri ꝙ̃ defenſioni. vt. ff. pro ſocio. l. verũ. §. j. facit. ff.
de pec. l. iꝗ §. ſi. Bal.

1 ☞ Actio naturaliter formata inſolidum ex ac
cidẽti, moderatur quatenus quis facere poſſit.
2 Condemnatus ſi habet vnam domum magni
pretij, in qua habitat, an cogatur illam vendere,
ꝛ emere aliam minoris pretij, ꝛ creditori ſatiſfa-
cere. 3.
4 Condemnatus eſt quiſpiã quatenus facere poſ-
ſit, an heres eius habeat inde beneficium.
5 Actor ſi ita egeat ſicut reus, an re9 habebit hoc
beneficium.
6 An talis teneatur ſatiſdare de ſoluẽdo, ſi peruene
rit ad pinguiorem fortunam.

¶ Lex ſecunda.

1 **Eius rei.** Actio † naturaliter
formata inſolidũ, ex
accidẽti moderatur, quatenus quis fa
cere poſſit. h. d. ¶ Quero. quõ intelli-
gitur? Rñ. deducto ne egeat. i. ne mendicet. ſed
vt remaneat ſibi competens victus, ſecũdum iu
d dicis diſcretionẽ, conſiderata qualitate[d] perſone
vt. ff. de vſufru. l. ſed ꝛ ſi quid inedificauerit. §. ſuf
ficienter. ꝛ. ff. de ali. ꝛ cib. lega. l. cum vnus. §. ali-
e mentis. ¶ Et not. ꝙ licet Iudex ſimpliciter[e] in
ſentẽtia condẽnet: tñ tacite hoc beneficium hꝫ a
lege vt. ff. de re iu. l. Neſennius. ꝛ. l. miles. §. j. Uñ
in executione poſtea hoc videbiẗ. ſicut eſt in qui-
buſdam alijs caſibus: vt. ſ. de pet. her. l. de here
ditate. ꝛ conſiderabit Iudex qualitatem perſo-
ne cõdemnati, dimittendo ei tantum quod inde
poſſit habere vite neceſſaria, cum decenti hone-
ſtate ſecundum ſtatum ſuum, ſic operando, vel nõ
operando: prout decet, ꝛ poteſt: vt. ff. de libe. agn.
l. ſi quis a liberis. §. ſi quis ex his. ad exhibẽdum
l. ſed ꝛ ſi hereditas. §. j. de verb. ſig. l. nepos Pro
culo. ff. ſolu. matri. l. ſi maritus in id. ꝛ. ff. de oper.
2 li. l. eius artificij. ¶ † Iuxta predicta quero, pri-
f mo,[f] ſi condemnatus habet vnam domum, in
qua habitat, que eſt magni pretij, nunquid coga
tur illam vendere, vt habeat aliam minoris pre-
tij, ꝛ ſuperfluum det creditori: ꝛ videtur quod
non argumẽt. ff. de noxa. l. ſi ſeruus depoſitas. §.
primo. Nicolaus de mata. dicit quod ſic. ſi ſine
magna incommoditate fieri poteſt hoc. argumẽ
to. dicta. l. nepos proculo. Sed contra eum vide
tur caſus. ff. qui bonis cedere poſſunt. l. q bonis.
ſed non obſtat: quia concedo quod conſideratur
communis valor, ꝛ non ſingularis qualitas rei, ꝛ
iuxta illã qualitatem communis valoris reputa

a ¶ Sũt licita. An
cambia ſunt licita
vide Bal. in rub.
ſ. de ↄſti. per Old.
in. l. ij. j. de vſu. rei
iu. doc. in. c. in ciui
tate. de vſu. vide
Lu. ro. in cõſ. xcij.
inci. Uiſis. his q̃
etiã proc. iuſ. obli.
ad cambia. vide
que dixi in. c. ime
munitate. de vſu-
Lu. ro. in cõſ. xcix.
ſi patron9 nouus.
nõ ſoluit portiona
rio qui cepit pecu
niã ad cambia. vi-
de Lu. ro. in conſ.
ccxxv. ſi contra-
ctus ad cãbia exi-
gẽda ſit vſurarius
An. Barb.
¶ Ex contractu
proc. Adde Bar.
in. l. ſo. §. per libe.
rã. in princi. ff. de
pig. actio.
b ¶ Ex contractu.
Adde Bald. in. l.
cum ꝑ eos. j. ſi q
alt. vel ſi. ꝛ not. in
l. Iul. §. ſi procura
tor. ff. de ac. empt.
ꝛ vide per Roma.
in. l. ſtipulatio iſta
§. ſi. ſtipuler. ff. de
verb. obli
c ¶ Pater obliga-
tur. Uide tamen
Bal. in. l. fin. j. de
ma. conue.
d ¶ Qualitate. Ui
de que dixi poſt
Bart. in. l. qui bo-
nis. ff. de ceſ. bo. ꝛ
not. Aug. in. l. Ne-
ſennius. §. ſi. ff. de
re iudi.
e ¶ Simplr. Adde
ꝙ not. Bald. in. l.
maritum. ff. ſolut.
matr.
f ¶ Primo. Uide
que dixi poſt Bar.
in. l. qui bonis. ff.
de ceſ. bo.

biſtur habere in bonis⁊ non iuxta ſingulare in-
tereſſe. q̄ aliquādo inſpicitur. vt de leg. ij. l. ſi cui
fundus. ⁊ ff. de mino. l. ſi in emptione. per hoc ta
men non ſequitur ꝙ ſi inuenitur dignum pretiuz
non teneatur vendere, vel ſibi cōputare. ¶ † Se
cundo queritur nūquid res ſibi dimiſſas vt inde
viuat poterat poſtea alienare: aut alia debita cō
trahere. ⁊ per talem modum habeat creditorem
deludere? Rñ ꝙ ſi non faciat hoc in fraudem. po
terit hoc facere: ita tñ ꝙ bona alienata tranſeāt
cum ſua cauſa: vt. ff. de ſeps. l. j. §. ex contrario. et
j. rem alienam geren. l. j. ſm Nicol. de ma. ¶ Ex
hoc ſequitur ꝙ illud qd ſibi committitur vt non
egeat. in plena proprietate poſſideat: alias non
poſſet alienare. conſiliū eſt ergo vt creditori den
tur inſolutum: reſeruatis alimentis debitori: et
tunc alienare nec obligare poteſt. facit. ff. de trāſ
4 ac. l. cum hi. §. ſi vni. ¶ † Tertio quero: condem-
natus eſt aliquis quatenus facere poteſt. nunqd
heres eius habebit inde beneficiuz. ⁊ videtur ꝙ
ſic: qꝛ licet hoc beneficium non ſit tranſitoriuz de
ſe arg. ff. pro ſoc. l. verum. §. patri. tamen propter
ſententiam ſit tranſitio ei, quaſi nunc ex iure ſen-
tentie, non ex iure contractus. agitur ar. ff. de pe
a cu. l. iij. §: Idem ſcribit. contrarium[a] eſt veruz. ne
condemnatoria proſit condemnato, vel eius he-
redi. argu. ff. de exce. rei iud. l. euidenter. ſm Nic.
de ma. ⁊ eſt alia ratio ſubtilior: qꝛ licet iſta verba
ſint in ſententia declarata. tñ iſtud eſt beneficiuz
iuris, ⁊ non ſententie: vt. d. l. miles. §. decē. ⁊ ideo
non tranſit ad heredem: qꝛ perſonale. ar. ff. de ri.
5 nup. l. non ſolum. §. ſi puelle. ¶ † Quarto quero
b [b]ponamus ꝙ ita egeat actor, ſicut reus, nunquid
hoc beneficium habeat reus. dic ꝙ ſi actor pretē
dit cauſam onerosam, melior eſt conditio agen-
tis. nam cum actor ⁊ reus ſunt eiuſdez priuilegij,
potior eſt actor qui certat de damno, quam reus
qui certat de alterius debito retinendo. argu. ff.
de reg. iur. l. non dz actori. §. in re. ⁊ de eo. qd cer-
to loco. l. ij. §. proinde. ⁊ de iu. deli. l. fin. §. ſi vero
creditori. in fi. ⁊ j. qui po. in pi. hab. l. aſſiduis. §.
exceptis. ſm Nic. de ma. Idem tenent Mod. in
l. marītum. ff. ſo. ma. ar. ad hoc. ff. depo. l. bona. ſi
des. ver. ⁊ hanc probo. tu dic quod qñqꝫ illud be
neficium conceditur miſerationis cauſa: ⁊ tunc
eſt vera opi. predicta. qñqꝫ propter mutationem
c ſtatus, ex quodam iuris[c] rigore in nihillū tenere
tur: ⁊ tunc indiſtincte reus vtitur ſuo priuilegio
qꝛ ſatis eſt actori quod contra iuris rigorez agit
6 modificato mō vt hic. ¶ † Ultimo quero. vtruz
iſte teneatur ſatiſdare de ſoluendo, ſi ad pinguio
rem fortunam deuenerit. dicit Nico. de mata. ꝙ
ſic: vt. j. de rei vxo. act. l. vnica. §. cum autem, qd
eſt verum iuratoria cautione, cum fideiuſſorem
non poterit inuenire: vt. ff. de iu. l. ij. §. ſed ⁊ ſi du-
bitetur. Nō obſtat. ſ. de preci. imperato. offeren.
l. vniuerſa: quia ibi priuilegium fuit conceſſum
ad imperitionem: hic fine.

¶ Lex tertia.

ETiam. Paria ſunt mandare ⁊ ſubſcribere. h. d. tex. cum glo. ⁊ ſic. nota. ꝙ ſubſcriptio do-
mini. habet vim mandati.

¶ Lex quarta.

SI ex contractu.

d ¶ Nuntius[d] ſeu merus miniſter ex
contractu nullatenus obligatur: ⁊ v-
erum ſit nudus miniſter, cognoſcitur ex cauſa et
forma. nam ſi concipit verba in perſona domini:
tunc ſcimus quod eius nuntius eſt. Item ex cau
ſa. nam ſi ex cauſa ſolum dominium obligare vo
lens, cognoſcimus quod eſt nudꝰ miniſter: vt. l.
fin. ff. de inſtito. ⁊ facit in rationeſui. ff. de donat.
inter vi. ⁊ vxo. l. mulier Bal.

¶ Lex quinta.

NUllares. ¶ Filiuſfamilias poteſt fideiubere
pro alio, ſi ſit etatis legitime. hoc di-
cit.

¶ Lex ſexta.

e SI ſeruus. [e] ¶ Seruus in preiudicium domini nō
tranſfert poſſeſſionem rei dominice. ⁊ de
facto immiſſum dominus poteſt expellere. h. d. ⁊ eſt ratio: qꝛ
cum poſſideat, non dicitur vim facere, ſed vim repellere. ⁊ di-
cit Iac. de are. multum no. ꝙ ſi dñs timet ne expulſus redeat ad eum ex
pellendum, ꝙ poteſt ſuper hoc implorare protectionem iudicis, vt in poſ
1 ſeſſione defendatur tex. eſt hic. ¶ † No. ergo quod vbi licet[f] alicui aliqd
facere propria authoritate poteſt officium iudicis implorare, vt in tali fa
f cto defendat facientem a vi futura. facit. ff. de offic. procu. ceſ. l. fina. ⁊ l.
nō eſt veriſimile. in prin. ff. quod met. cauſ. ⁊ ff. ſi ven. nomine mulier. l. j.
2 §. neceſſario. ¶ † Quero, nunquid creditor ſemper poſſideat pignus po
ſito qd tradens poterit poſſeſſionem tranſferre. Reſpon. non ſed quādo
tranfertur ſola detentatio, vt quia inter partes hoc eſt actum. Ita dicit
gl. hic no. Bal.

1 ☞ Liber homo gerens negotia mea, ſi in aliquo ſe obligat, an contra
me detur actio.
2 Quid ſi procurator cum mandato contraxit nomine meo.
3 Pupillus, an obligetur ex mutuo, ſi in vtilitatem eius non ſit verſum ſi
cut eccleſia.
4 Nuntius, an ex mandato teneatur.
5 Quod inductum eſt cauſa preſcriptionis breuiande, non ampliat eam.

¶ Lex ſeptima.

SI qui ſeruo. Diuidit in duas partes. Primo lo
quitur de contractibus eorum qui
ſunt in noſtra poteſtate. Secunda loquitur de contractibus
eorū qui non ſunt in noſtra poteſtate, ſecunda in. §. Alioquin.
Prima ſubdiuiditur in duas. In prima parte ponuntur tria reſponſa
per modum doctrine. In ſecunda applicantur ad queſtionem propoſitā
ſoluendam. ſecunda prime partis ibi: qua propter. ¶ Hoc intendit. A-
ctio de peculio qñqꝫ eſt perpetua: qñqꝫ annalis, ſed actio de in rem verſo
1 ſemper eſt perpetua. h. d. tota prima pars principalis. ¶ † Uenio ad. §.
Alioquin. vbi no. ꝙ ex lege iſta inductum eſt, ꝙ quando aliquis liber
homo gerens negotia mea ſuo nomine contrahit in aliquo ſe obligādo:
licet mandatum non habeat, ex tali contractu datur actio contra me do
minum creditori in duobus caſibus hic expreſſis. ſ. in caſu verſionis in
rem. ⁊ in caſu ratificationis, qd in alia lege non reperitur ſm Ni. de ma.
vnde iſte. §. intelligitur in gerente ſine mandato, vbi dominus non obli
gatur a principio, ſed ex reali verſione, vel ratificatione ſpontanea: quod
eſt no. dig. ⁊ forma caſum in iſto. §. alioquin. hoc modo. ¶ Quidam ge-
rens negotia mea, ſine mandato accepit pecuniam mutuo ſuo nomine:
queritur, an ego tenear mutuanti? Rñ. ꝙ non, niſi ipſe geſtor pecuniam
verterit in res meas, vel niſi ratum habui. h. d. in prima parte. l. no. ꝙ nō
preſumitur verſum, niſi probetur. vt in ver. ſi vero. ex hac vero ſecunda
parte no. ꝙ effectus rei inverſis idem operatur, ꝙ forma mandati, vel ra
tificatio. Item not. ꝙ non meo nomine geſtum poſſum habere ratum.
Dimitto opi. prime partis. qꝛ patent in gl. Sed venio ad. §. Alioquin.
⁊ opi. de regula iuris, que dicit ratum habere quis non poteſt. qd ſuo no
mine non eſt geſtum. vt. ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. ⁊ in. c. ratū
de re. iur. li. vj. Reſpondet quidam, ꝙ hic ideo dominus poteſt habere
ratum: quia ex hoc obligatur: ⁊ vnde ex relatione quadam etiam ei acqui
ritur dominium. ⁊ vtilitas rei mutuate: quia igitur ad eum peruenit, me
rito obligatur: contrarium autem dz intelligi, vbi per ratificationem ni
hil poteſt queri ratificanti. Aliȷ̄ dicunt ꝙ non eſt meo nomine geſtum
non habeo ratum, ad meam vtilitatem, vt ex eodem detur mihi actio, ni
ſi in caſibus, ſed ad meum damnum ⁊ preiudicium ſic. j. ad mace. l. ſi. ⁊ ff.
de pig. l. ſi fundus. §. j. ⁊ ita eſt hic ſm Ni. de ma. ꝙ falſum eſt: qꝛ hoc etiā
ad ſui vtilitatez habet ratum: vt patet in gl. Rñ. ⁊c. Tu dic tertio, ꝙ ha
beo ratuz qd meo nomine eſt geſtum in genere: quia iſte gerebat mea ne
gotia nomine. etiam in virtute iſtius generis includit ſpecies. ſ. mutuo
accepti. licet etiam iſtum actum ſingularem ſuo nomine celebrauerit. ta
men actum vniuerſalem. i. geſtionem faciebat meo nomine. in cuius con
ſequentiam ipſe accepit mutuum, hoc gerens in animo, licet non fuerit
expreſſum in forma contractus. Idem ſi alias non gerebat. ſed per hunc
actum gerere intendebat: qꝛ finaliter volebat in rem meam conuertere
nam licet ipſe nō acceperit mutuū meo nomine: accepit mea gratia, que
pro nomine habetur, vt hic. ꝙ eſt no. alias ſi eſſet actio extra geſtionē: qꝛ
accepiſſet mutuum in res ſuas, ratihabitio mihi obeſſet: qꝛ nulla eſſet ca
2 vel materia properata ad obligandū me. ¶ † Quero, quid ſi habēs man
datum a me, cōtrahit nomine proprio, an requiratur ratificatio? Rñ. ꝙ
ſi proprio nomine contrahat, iſtud non videtur mandatum. vt. ff. man-
da. l. creditor. §. fi. ⁊ ideo tanꝙ ſine mādato hoc factum videtur, ⁊ eſt ne-
ceſſaria ratificatio, vel verſio. ¶ Quero. quid ſi procurator cum man-
dato contraxit meo nomine. non eſt dubium ꝙ obligor. vt. ff. de inſti. l.
g ſi. ſed remanet dubium, an ipſe procu. teneatur: [g] ⁊ videtur ꝙ non in obli
gatione que re contrahitur. vt. ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. j. ſecus ſi con
hatur verbis. vt. ff. de procu. l. procu. qui pro euictione. Breuiter ſi quis
dē fidē ſuā aſtrinxit, qd apparere pōt ex forma verborum, preſertim ſi du
xit obligādo ſe ⁊ ſuos heredes: nā vbi heredis ſit mentio, excedit notiſſi
mos termi-

a ¶ Contrarium eſt veruz. Bene facit l. ſi marito. §. ſi vo-
luntate. ff. ſol. ma. ⁊ iunctis ibi no. per Bal.
b ¶ Quarto quero. No. ꝙ ſi actor eget reus nō gaudet pri
uilegio ne, cogatur vltra ꝙ facere po-
teſt. vide Bald. in l. preſes. ſ. de ſer. ⁊ aqua. Barto. in l.
maritū. ſol. matri. Idē dic ſi dolo fe-
cerit vt non ſit ſol-
uendo tex. eſt in l. j. §. cū aūt. j. de rei
vxo. ac. l. etiaz. §. lz ſol ma. tertio ſi ne
gauerit. l. ſed hoc ita. ff. de re iudic. ⁊
vide caſum ſingu. ſm gl. in l. lz ⁊ ſi ex
parte. §. pe. ff. e. vi-
de text. in l. ſi pre-
tor. ff. ſo. ma. ⁊ in l. diuortio. ff. de ne.
ge. And. Barb.
c ¶ Iuris rigore. Hoc dicit. ꝓpter. l. ij. §. j. ff. de capit.
di. ⁊ per no. in rub. in glo. ff. eo.
d ¶ Nūtius. An in dubio quis preſu-
matur conſtitutus procurator, vel nū
tius. vide Bal. in l. ſi literas. j. mād.
Et hic adde Bal. in l. multuz. j. ſi qs alt. vel ſibi.
e ¶ Si ſeruus. Ui-
de tex. l. ſuper poſſi tione. ſ. qui inſ. et
vide tex. ſingu. ſm Bal. ibi in l. iij. q. bo. ce. poſ. j. ⁊ vide
qd no. gloſ. ſin. ſm Sali. ibi in l. Au-
relius. §. ſeruuz. ff. de lib. leg. Andr.
Barba.
f ¶ Licet. Add no. per Bartoluz in l. ij. ad fin. j. de ſeru. fug.
g ¶ Procuratorte neat. Qñ procura
tor aſtringit fidez ſuā, obligatur noīe
proprio. quid etiaz ſi aſtringit fidem ſuam ⁊ nomine do
mini ſe obligauit. dic qd obligatur ex vtroqꝫ. vid Cy.
in l. cum venden-
te. ſ. vbi cau. fiſ. et Ang. in l. procura
tor qui pro euictio ne. ff. de procu. vbi
plene. An. barba.

mo⁊ terminos officij.vt.ff.de cur.fu.l.cuius.bonis.§.j.⁊ tūc tenet̃.aut
nō aſtringit fidem ſuam expreſſe.ſed contraxit vt procu. tunc ſolus do-
minus tenetur cum effectu ſm Jac.de are. Quidā tamen dicunt cōtra
rium.⁊ male. dicentes ꝙ voluntarius adminiſtrator videtur fidē ſuam
aſtringere:ſed contra eos eſt caſus no.ff.de euic.l.ſi cum venditor. §.di
uiſione.nam ex quo ibi ratificatio facit ſolum dominū teneri: ergo idē
3 in mandato a pn̄cipe. ¶ † Queto, vtrum ſicut eccleſia nō obligatur
ex mutuo,niſi quatenus vertitur in eius vtilitatem, vtrū idem ſit in pu
pillo? Pe.facit hic differentiam inter eccleſiam ⁊ pupillum:qꝛ nō male
contrahitur cū tutoribus.vt.ff.de euict.l.illud §.fi. Sed gl.in.d.l.ſi pu
pilli.§.j.⁊ in.l.ciuitas.ff.ſi cer.pet.dicit idē in pupillo, qḋ in eccleſia.qḋ
eſt verius:qꝛ recipere mutuum non eſt in adminiſtratione patrimonij.
niſi tutor vertat,vel a principio neceſſitas immineret.vt.ff.de nego.ge.
l.ſed an vltro.vel quecunqꝫ nō ſunt in adminiſtratione.ea nō poteſt tu-
tor in preiudiciū pupilli.vt.l.ſi dolo..ſi quis omiſ.cau.teſt.⁊.ff. de cura.
4 furioſi.ad agnato. ¶ † Queto.quid in nuntio? Glo.dicit ꝙ nunquam
obligatur nuntius ſeruans formam mandati,qꝛ nō contrahit ipſe ,ſed
dominus per eum.vt.l.⁊ licet.ff.de conſti.pecu.tamen credit gl.ꝙ non
poſſit eſſe nuntius niſi ad certam perſonam,quia vbi non eſt certifica-
ta perſona,aliud aīo ſuo gerit.⁊ ideo eſt potius ꝓcu.⁊ ita ſenſit gloſſ. in
d.l.ſi pupilli.§.j.ſed doc.noſtri dicunt ꝙ etiam ad incertam perſonam
poteſt eſſe nuntius:ſic mandatum nuntij poteſt eſſe latum quo ad per-
ſonas dummodo ſit determinatum quo ad formam conſenſus: vnde
dicit hic Cy.ꝙ iſta diſtinctio.l.non probatur, nec eſt rationabilis.hoc
habemus in euange. Ite in ciuitatem ad quēdam, ⁊ dicite ei magiſter
⁊c.nam nuntij fuerunt,licet perſona non fuerit nominata. vt not. in.l.
mutuum.j.ſi quis alt.vel ſibi.⁊ hoc verum reliqua dic vt dixi. ṡ. in rub.
5 ¶ † In glo. Intra annum.ibi ſed infra ſex mēſes. No.ꝙ illud qḋ indu-
ctum eſt cauſa breuiandi preſcriptionem,eam non ampliat. ¶ In glo.
ſuper ver.aduerſus ibi.l.ſi ex duobus.§.fi.ille eſt mirabilis.§. vbi dici-
tur quod vendēs ſeruum peculiarem cum peculio tradito,non tenetur
de peculio,niſi pro ipſo peculio ſit conuentum pretiū certum, vēde mul
tum refert an pretium taxetur pro ſeruo vendito cum peculio,⁊ hoc fa
cit incertitudo.⁊ allegatur ad materiam.l.in modicis. de contrahen.
empt.ꝙ non intelliguntur tranſire cum vniuerſitate ea que per ſe ſunt
ſpecificata. ¶ In gl.ratum in fi.ibi differunt enim hec inter ſe. ⁊ eſt ra
tio:qꝛ multum refert inter voluntatem reſiſtentem ⁊ ceſſantem:⁊ adde
ꝙ ex animo non obligatur ille qui non intendit obligari:ſed ex alia
equitate puta ne locupletetur cū aliena iactura.vt hic.ſic.⁊.ff.de inſti.
l.ſi quis mancipijs.§.proculus.⁊.ff.ſi.cer.pe.l.ſi ⁊ me ⁊ titiū.hec eſt etiā
equitas generalis que quocunqꝫ caſu repreſentata parit actionē gene
ralem,ſcilicet certi condict.quod eſt no.

¶ Lex octaua.

SI mandator. Intentio huius. l. eſt ꝙ pater in tribus caſibus pro filio obli-
getur inſolidum.primo quādo mandauit. ſecūdo.quādo iuſ
ſit.tertio,qn̄ fideiuſſit.⁊ no.mandatū proprie referri ad eum
qui non habet neceſſe parere. puta ſi mando tibi contrahas cum filio
meo. Juſſus aūt proprie dirigitur ad eum qui habet neceſſe parere. vt
a ad filium.in poteſtate,⁊ ad ſeruū:quinimo ⁊ preces maiorum[a] pro iuſſu
habētur. iuxta illud qḋ not.ff. qḋ iuſſu.l.j.§. iij.in gloſſ. Et iuxta illud.
Eſt rogare ducum ſpecies violenta iubendi Quātum aūt pertinet ad
ſubſtantiā actionis qḋ iuſſu.non refert ad quē verba dirigātur:ſed que
ſit finalis intentio.vt.ff.qḋ iuſſu.l.j.§.i.⁊ ar.l.cum pater.§.donationis.
de le.ij. Igitur ſiue iubetur,ſiue mandet̃,actio qḋ iuſſu paraf. ſiue in re
dn̄ica,ſiue in re peculiari.⁊ ſpecialiter qn̄ mandatū dirigit̃ ad liberum,
1 oritur actio mādati ſm̄ Nic.de ma.quicquid dicat glo. ¶ † Quero.nū-
quid pater tenetur de in rem verſo,vel qḋ iuſſu, inſolidū, ⁊ an poſſit obli
gare ſe fideiuſſorio noīe:videtur ꝙ non:qꝛ tenetur vt principalis,quaſi
ſecū contractū ſit.vt.ff.qḋ iuſſu.l.j.in prin.vbi tex.not.dicit qḋ quodā-
modo cū illo contrahitur qui iubet:ergo nō pōt teneri vt acceſſorius.
vt.ff.de fideiuſ.l.generaliter.⁊.l.Titanius. In contrariū eſt caſus vni-
cus.ff.de inſti.l.in eū.§.taberne.nec eſt inconueniens ꝙ teneat̃ vt prin
cipalis propter ſe.⁊ tanquā fideiuſſor propter filium: qꝛ iſte obligatiōis
habent radices in diuerſis extremis:vt. ff. de tu.⁊ cur.da.ab his.l. Ro
manius apulus, quod not.

¶ Lex nona.

SI ex alio. Intentio huius.l.eſt dicere, quatenus filiuſſa.obligetur. ⁊ quatenus mutato
ſtatu teneatur. ⁊ no.equiparari mutationem ſtatus mor-
tis patris ⁊ emancipationi. Item emancipati ſtatum muta-
1 ri. ¶ Item quod filius poteſt fideiubere pro patre. ¶ † No. hanc.l.pro
filiuſſa.mercatoribus. qḋ ſi nolunt detrudi in carcerē, faciant ſe eman-
cipari a patre.quod tene menti.

¶ Lex decima.

SI liberam. Habēs liberam adminiſtrationem
1 pōt alienare rem dn̄i: non habens,
nō pōt alienare.⁊ qdāſciens rei vitiū, non hꝫ iuſtū poſſeſſio
nis initiū.h.d.recita ⁊ expone glo.per teipſum. ¶ † Quero
quid ſi habēs liberā reuocet̃ a tota cōmiſſione,vel ſaltē a libera: vtrum
b illud quod ignoranter[b] facit,teneat? Reſpodet
Nic.de ma.ꝙ aut loquimur in trāſlatione domi
nij, ⁊ nō tenet:vt.ff.ſi cer.pe.l. eius qui in prouin
cia.§. quas vero.hoc videtur verū in re integra
ſecus ſi procurrator iam eſſet obligatus ad tra-
dendum.vt.ff.de publiciana. l.ſi quis prohibue
rit.alias.inci. Papinia.que eſt lex nota. ad hoc
aut loquimur quantū ad perſonalē obligatio-
nem.id eſt vt dn̄s obligetur ei cui ſe obligauit
ꝓcurator ignorans,⁊ tunc cōtrahitur obligatio:
vt.ff.qḋ iuſſu.l.j.§.ſi ego.de inſtitor.ſed ⁊ ſi pupil
lus.§.pſcribere.⁊ de ſol.l.vero ꝓcuratori.⁊ eſt ra
tio diuerſitatis:qꝛ dn̄ij tranſlatio pendet ex con
ſenſu dn̄i ſed pſonalis obligatio ex cōſenſu pro-
miſſoris. ¶ Aliȷ̄.dicunt hoc verū.niſi cōtraxit
vt nuntius.qꝛ tūc indiſtincte nō orit̃ obligatio:
vt.ff.de cōtrahen.emp.l.j.in fi. preſertim ſi ſit cō
tractus lucratiuus.facit etiā de renū.in cle.c. j.⁊
ibi videas. de hoc dicam alibi latius Bald.

¶ Lex vndecima.

CUm ancilla. ¶ Ex con tractu im-
puberis dominus nō obligatur,niſi
quatenus peculiū eſt locupletatū.⁊
no.hic ac.de pecu.dari in quatuor caſibus not.
in gl.⁊ quintus.ff.de iud.l.ſi filius.

1 ¶ Actio de peculio,an ſit realis, vel pſonalis.
2 Actioni reali an accedat fideiuſſor.
3 Actiones ex contractibus,vel quaſi concernunt
perſonam:⁊ nihilominus vniuerſitatem patri-
monij.

¶ Lex duodecima.

DOminum. Dn̄s per ſer- uum nō obli-
gatur de iure ciuili: ſubtilitate tn̄ ex
edicto pretoris tenet̃ de peculio,⁊ de
in rem verſo.h.d.tex.aliqualiter declaratus,vel
ſic.licet per ſeruum dn̄s non obligetur:tn̄ pecu-
lio tenus,vel quatenus eſt in rem verſum. h.d.
I gl.de ſe patent. ¶ † Sꝫ reuocat̃ in dubiū,vtrum
actio de peculio ſit realis,vel pſonalis, quod ſit
realis patet,qꝛ reſpectu dn̄i eſt ſine obligatione.
vt hic. In contrarium ꝙ ſit perſonalis patet, qꝛ
cum peculiū conſideret̃ vt genus, non cadit ibi
dominiū:vt no.in.l.ij.j.cōia de leg. ¶ Itē quia
ꝓponit̃ ad dandū,qḋ eſt cōtra formā actionū
realiū. Itē qꝛ nō vendicatur tanquā res propria
cū ſit dn̄i.vt.ff.de pec.l.ex facto.dicit Pe. ꝙ re-
ſpectu originis eſt in perſonam:ſed reſpectu effe-
ctus ſiue executionis eſt in rem. qꝛ ſequitur pe-
culium,tu dic qḋ iſtud nomen de peculio, nō eſt
actio.ex quo ſequit̃ de neceſſitate ꝙ qn̄ actio de
peculio hꝫ originem a cōtractu, vel quaſi.eſt in
perſonā,verbi gratia ſi ſit actio mutui de pecu-
lio.quis dubitat actionē mutui perſonalē eſſe
natura dico,ſed ex actione cōcedo ꝙ accedit ad
qualitatē realium actionū:non tamen ſimplici-
ter,qꝛ non datur cōtra quemlibet poſſeſſorē rei
peculiaris:ſed tantū contra eum qui tenetur ex
edicto,vel eius ſucceſſorē in vniuerſitate peculij
ſuccedentē:vt.l.frater a fratre.ff.de condi. inde.
vbi dicitur ꝙ obligatio peculiaris ipſum pecu-
lium comitatur,quocunqꝫ vadat:⁊ ſi vadit ad
creditorem titulo ſucceſſionis, obligatio cōfun-
ditur.cū aūt titulo ſolutionis:tunc non dicitur
confundi,ſed naturaliter reſolui, ſeu finiri:qꝛ fi-
nis obligationis eſt ſatiſfactio.⁊ adde qḋ dicaꝫ.
j.eo.l.fi.⁊ ita intelligo Pet. alias male loquere-
tur.⁊ ſcias qḋ Cyn.format hic libellū in actione
de peculio:ſed tu ſuper hoc vide gloſſ. magnam
2 in.l.j.in prin.ff.ſi pars.here.pet. ¶ † Item dicit
hic Cyn.ꝙ reali actioni non accedit fideiuſſor.
ſed non dicit verum:qꝛ licet quis teneatur rea-
li actione:non eſt proprie debitor obligationis:
c eſt tamen debitor largo modo,[c] ſicut ⁊ ille qui te
netur officio iudicis.vbi non eſt dubium: quia
fideiuſſor poteſt accedere :vt .ff. de verborum
ſig.l.pecunie.§.perſecutionis.⁊.§.fin.facit.ff.de

a ¶ Preces maio-
rum. Uide Bart.
in tract.de tyran-
nide.in.vij.q.

b ¶ Ignoranter.
An reuocatio ꝓ-
curatoris debeat
notificari: dixi in.
l.j.in fi.in ver.inti
mari. ṡ. de ſatiſd.

c ¶ Largo modo.
No.gl.inſti.de ac.
in prin.in verſi.qd
ſi debetur.per illū
text.⁊ hic adde q̄
dixi poſt Bald.in.
l.cū ꝫ neceſſitatē.
j. de fideicommiſ.
Bald.in.l.j.in vl.
col.ṡ.de ac.⁊ obli.
⁊ tex.⁊ ibi glo.pro
Bal.in.l.credito-
res.ff.de ver.ſig.⁊
⁊ in.d.tit.de ac.in
princ.

3 rei vẽ.l.ſi vero.§.i. ¶ † Itẽ dicit hic Cy.ꝙ actio
nes ex contractibus, vel quaſi concernunt perſo-
nam, ⁊ nihilominus vniuerſitatem patrimonĳ: ⁊
ideo eam in vniuerſitate patrimonĳ ſequuntur.
vt.ff.de iud.l.ſi fideicommiſſum.§.tractatũ. niſi
ex aliqua equitate reſtringantur ad res certas.
vt.ff.de trib.l.procuratoris.§.ſi plures. ſed actio
nes ex maleficio, vel quaſi concernunt abſolute
perſonas tantum. quapropter re integra non trãſ
eunt cum vniuerſitate bonorum: vt.ſ.ex deli. de
fun.l.j.tu dic, vt ibi dixi.

1 ☞ Litere commendatitie vel familiares non cenſentur emiſſe animo obligãdi, ſed ſimpliciter commendandi.
2 Colonus, vel caſtaldus non obligant dominum in his que procedunt ex mandato domini etiam ſi habeant literas commendatitias: ⁊ qiud ſi habeant literas credentie. nu.3.
4 Litere ſi ita dicant: Commiſimus tali quod noſtro nomine faciat quicquid velit, an poterint indiſtincte dominuz obligare. ⁊ nu.8.
5 Peculium vnde dicatur.
6 Peculium quot modis dicatur. ⁊ nu.7.
8 Obligatio qualis contrahatur inter patrem ⁊ filium. adde nu.9.10.11.12.13.⁊.14.
15 Filius ſi mutuauit ſuo nomine, vel ſimpliciter, an ex hoc patri aliquid queratur. ⁊ nu.16.17.
18 Obligatio qualiter corrumpatur per peculĳ preuentionem. vide nu.19.20.
21 Conuentus de peculio agendo in totum repellitur, ⁊ quare.
22 Dominus pretendens rem eſſe dominicam, an excludatur per compenſationem.
23 Pater et dominus poſſunt deducere quod ſibi debetur etiam in vna re peculiari, in quacunque volunt.
24 Seruus ſi contrahit, quid iuris.
25 Obligatio an defectum patiatur ex perſona, an vero ex cauſa vel conſenſu, quid referat.

a ¶ Etiã ſi habeant literas commendatitias. Tu adde an ⁊ quando litere comendatitie obligent quem, iſtum et qđ ibi dixi in.l.j.nu.iĳ.in ver.commendare.ſ.de nouo.cod.compo. et Bartol.hic nu.iĳ. vbi etiaz dixi in.ad di.in verſic.litere. Celſus.

b ¶ Donationis. Nota quod quãdo committũtur litere, vt facias quicquid vis: non videtur mãdatum donare, qđ eſt not.dignũ. ſed vide text. qui facit in cõtra. in.c.cuz veniſſent. de inſti. Andreas Barba.

¶ Lex decimatertia.

Dominos. † Litere commendatitie ⁊ familiares non cenſentur emiſſe animo obligandi ſed ſimpliciter cõmendan-
2 di.h.d.no. ¶ † Et no. dñm non obligari per colo
num, vel caſtaldũ in his que nõ procedunt ex mã
dato dñi. etiam ſi habeant literas cõmendatiti-
a as.ᵃ Quid † autem ſi habeant literas credentie.
3 Rñ. ille litere ſunt generales, ⁊ informes: ⁊ ideo
ſub pretextu illarũ literaruz non poteſt portator
earũ obligare mittentem. hoc enim ex ipſis lite-
ris intelligi non poteſt: quapropter propter nimi
am obſcuritatem tales litere non valent. arg.ff.
de iur.fiſ.l.ita fidei. ſm Barto. qui ita no.ff.de fi-
deiuſ.l.Luci⁹. alias iſte litere eſſent captatorie.
vnde ex talibus literis etiã generale mandatuz
datur: videtur ꝙ non ſunt alicuius rei ſignificati
4 ue. ar huius.l. ¶ † Sed quid ſi litere dicãt ita cõ
miſim⁹ tali ꝙ noſtro noie faciat quicqd velit: nũ
quid poterit indiſtincte obligare dñm: text. vide
tur ꝙ ſic: indiſtincte tamen ſcias ſub iſto genera
li arbitrio non venire caſum ſpecialiter prohibi-
b tũ: puta caſum donationis.ᵇ tex eſt not. cũ gl. ſua
in.l.j.§.j.ff.quod iuſ.facit.ff.qđ vi aut clã.l.pro-
hibere.§.plane. ¶ Reuoco in dubiũ, que ſit in-
tentio legis noſtre. Rñ. intẽtio eſt hec: ꝙ qui cũ
ſeruo cõtrahit, amittit debitũ qꝛ non habet quẽ
conueniat. cum ſeruus nihil habeat qđ reddere
